

PSALMVS CVI.

ARGVMENTVM PSALMI.

Sicuti precedenti Psalmo, mirabilia Dei erga Abraham, Isaac, & Iacob, & posteros eorum Israelitas speculartiter declarata celebrantur: ita hoc presenti mirabilis illa & stupenda bonitas Dei predicatur, qua incredulos, murmurantes, pactorum transgressores, ac rebelles Israelitas corripuit quidem, verum non prorsus deleuit: sed perpetuo, foederis sui memor, in gratiam recepit, ac resouit.

Dispositio Psalmi.

Potest autem hic Psalmus quinq; partibus diuidi. 1. Prima quinq; priores versus habet, quibus primum ad laudandum Deum, & iustitie studium quosuis hortatur: deinde & orationem ad Deum premitit.

2. Secunda, a versu 6. vsq; ad 13. confessionem paternorum peccatorum orditur, & primum rebellio- nem eorum ponit, quam ad mare rubrum aduersus Deum ostenderunt.

3. Tertia, a versu 13. vsq; ad 34. ea peccata recenset, quibus Israel in deserto iram Domini contra se murmurando prouocauit, & simul plagas insequentas adijcit.

4. Quarta, a versu 34. vsque ad 47. commemorat, quomodo Israelita in ipsa terra Cnaan constituti, impie aduersus Deum egerint, eamq; ob causam in manus inimicorum aliquoties traditi, atq; inde rursus diuina miseratione liberati fuerint.

5. Quinta, duobus postremis versibus Psalmum oratione ad Deum, & doxologia concludit.

PRIMA PARS PSALMI.

ALLELUIAH, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in se- VERS. I. culum benignitas eius.

2. Quis eloquetur vires Domini? audiri faciet vniuersam laudem eius?

3. Felices sunt, qui custodiunt iudicium: qui quod iustum est, faciunt omni tempore.

4. Memento mei Domine in beneuolentia populi tui, visita me in salute tua.

5. Ut videam bonitatem electorum tuorum, ut gaudeam in letitia gentium tua- rum, ut glorier cum hereditate tua.

Benignitas eius.] Ebr. חסדו. Græc. τὸ ἔλεος & ἀγαπή. Vulg. Lat. Misericordia eius. Sic & Arabs: Commiseratio eius. Sic & Hieronymus, & Iustin. & Felix, & Pagnin. Chald. verò reddidit, כבודו: id est, Bonitas eius. LECTIO.

Quis eloquetur vires Domini.] Ebr. גבורות יהוה. Græc. τὰς δυνάμεις τοῦ κυρίου. Vulg. Lat. Potentias Domini. Vers. 2. Sic & Felix: Campensis singulariter vertit: Potentiam Domini. Hieron. Fortitudines Domini. Sic & Pagn. & Iustin. Felinus reddidit: Facinora. Tigurina: Fortia facta Domini.

Memento mei Domine.] Ebr. זכורני. Græc. μνήσθητί μου. Et vulg. Lat. Memento nostri. Sic & Arabs. Isti Vers. 4. pro זכורני legerunt זכורני. Reliqui legunt, ut est in Ebræo. Sic & illud: Visita me. Græc. vulg. Latin. & Arabs legunt, Visita nos. פקדני, פקדני.

In letitia gentium tuarum.] Ebr. גיריך numero plurali. Reliqui reddunt in singulari: Gentistua. Chald. Vers. 5. habet גיריך: id est, Populi tui. Sic & Arabs.

Ut glorier cum hereditate tua.] Ebr. להתהלל: id est, Ad gloriandum. Græc. τὸ ἑπαινεῖσθαι. id est, Ad lau- dandum. Vulgata Lat. Ut lauderis. Hieron. Ut exultem. Sic & Iustin. Felix: Ut laudem. Pagninus: Ut lauder. Campens. Ut oblectem me.

Halleluiah, Confitemini Domino.] Hortatur mox initio Psalmi ad laudandum Dominum, significans hunc sibi præfixum esse in hoc Psalmo scopum, ut populus Dei ad laudandum Dominum Deum suum, illiq; ex animo confitendum excitetur. Et ut indicet cõfestim, qua in re Dominum hoc Psal- mo laudare instituerit, subjicit: Quoniam bonus: qua particula significat se bonitatem Dei celebratu- rum. Et de hac primò canit quòd sit infinita ac sempiterna, dicens: Quoniam in seculum: id est, in sem- piternum, benignitas eius. Deinde, quòd innumera & inenarrabilia sint illius facinora, quibus poten- ti brachio populum suum asseruit. De hoc canit versu secundo, dicens: EXPLA- NATIO.

Quis eloquetur vires Domini? &c.] Tanta est excellentia, tantaq; multitudo facinorum, & fortium fa- ctorum eius, quibus pro sua bonitate, populum suum cõtra omnes illius inimicos seruauit ac pro- uexit, ut nemo sit, qui illa recẽsere, & laudem vniuersam: id est, omnia illius opera laude digna narra- re ac celebrare possit. Optat itaque pro ardore spiritus sui, ut detur aliquis, qui quod sibi sentit es- se impossibile, præstare videlicet facinora Dei, & vniuersam laudem eius recensere & celebrare queat. Sic dicit: Quis eloquetur vires Dei? id est: Utinam detur aliquis, qui vires Dei eloquatur, & vni- uersam laudem eius audiri faciat. Et his verbis exprimit, quid facere cupiat, si possit. Vocat autem Vers. 2. גבורות opera illa diuinæ bonitatis, quæ potentia illius habent luculentissimum argumentũ, qui- bus perinde atq; fortissimus gigas hostes impios ac potentes brachio robusto strauit, & suos è ma- nibus illorum eripuit. Et hæc ipsa vocat laudem eius, eò quòd laudabilia existant. Et quoniam excel- lentissima sunt, & multitudine innumera, non simpliciter dicit, Quis audiri faciet laudem eius? sed Quis audiri faciet vniuersam laudem eius?

Felices sunt, qui custodiunt iudicium, &c.] Ex consideratione infinitæ bonitatis Dei, de qua duobus prioribus versibus cecinit, eò rapitur, ut felices eos prædicet, qui studio & obseruantia Dei indefi- nenter, quod iustum & æquum est, facientes, in gratia & fauore Dei permanent, atque adeo tantæ bonitatis participes existant. Simul innuit, infelices eos esse, qui abiecta obseruantia Dei, iniustitiæ & iniqui- CC & iniqui-

PSALMVS

uolentiam Dei popu- t, Halleluiah id est, lau- nes Orbis, & mutare pilorum. Ergo totius Dei est, ut det illa, qui- erat posteris Cnaan: ram abstulit, & gens ispersione, & gens- ram filijs hominum, instituere queant. Et a sunt, & quibus vo- cesserit inter promil- it: illius præsentem vt consimili patientia vsi sunt in hac causa: as quantum discrimi- orum, est typus: ve- rum, & mansuonibus nostri cœlestis, carna i, percipite regnum, ciuitatem, inquit, fun- illud consideremus, esse in manu opera- as. Et Ecclesiast. c. dimittit. Frequenter t, ut diceret ad disci- quidem hoc ad sum- bitare: alium colere orum vtantur. Hoc potestate, sed cuncta articulam præceden- uam finalem causam. ipsius seruarent. Dedi- anc promeriti essent. entiam illam direxi- c est, sibi in omnibus olentia, non tam ob benefactorem agno- ad hoc facere debe- terit, & pedibus pro- m, quas Dominus a unt Dominum Dei cordis, ut beneficen-